

Selon toute apparence, ce texte, exceptionnel dans l'oeuvre de Balde (avec quelques passages de sa *Philomèle*), n'obéit pas aux règles de la métrique prosodique du latin, mais fait plutôt penser à la versification syllabique, avec rimes, telle que nous la connaissons dans de nombreuses langues européennes.

Balde renoue ici avec la **versification rythmique** (voir le *Traité de métrique grecque et latine* de Louis Havet, dont les pages concernant cette métrique sont données sur ce site) des premiers poètes chrétiens, comme Paulin d'Aquilée ; mais celle-ci impose un nombre de syllabes fixes (l'*isosyllabie*, contrainte rigoureuse, dont notre poète semble parfois s'exonérer (à moins qu'il ne s'agisse de fautes typographiques...))

Pourquoi ce choix formel? On peut émettre l'hypothèse que Balde a voulu, pour traiter ce sujet grave, éviter de faire parade de sa virtuosité technique habituelle dans le maniement de la métrique prosodique classique, donnant du même coup à son Latin une simplicité et une clarté qu'il n'a pas toujours : on retrouve ici un peu de l'ingénuité des hymnes médiévales.

Cette particularité technique explique que l'on ne donne, pour ce texte, que la version accentuée du texte, l'accent étant à la base du rythme.

CHOREA MORTUALIS SIVE LESSUS IN OBITU AUGUSTISSIMAE IMPERATRICIS LEOPOLDINAE...

DE SORTIS ET MORTIS IN HUMANAS RES IMPERIO: ARGUMENTUM.

L1 v.1 Ehehu, quid homines sumus !
2 Vanescimus, sicuti fumus.
3 Vana, vana Terrigenum Sors,
4 cuncta dissipat improba Mors,

EXPLICATIO

L2 v.1 Exstincta est Leopoldina :
2 frustra clamat[a] a Lucina, ←
3 lacrimosa puerperae Mors,
4 miseranda mulierum Sors !

correction proposée pour le obtenir l'isosyllabie et consolider le sens : dans le texte original le complément du verbe passif « a Lucina » ne se rattache à rien). Rappelons que le vers rythmique ne connaît pas l'hiatus.

L3 v.1 Hodie formosa, cras cinis :
2 nec est, alia Caesarum finis,
3 vide, quam sit instabilis Sors :
4 neque pareat Austriacis Mors.

L4 v.1 Imperio clara Romano,
2 jam paret humata Summano,
3 dura nimis et aspera Sors,
4 seva, nimis et horrida Mors.

L5 v.1 Augustus mensis Augustam
2 eripuit piam et justam.

- 3 Inimica virtutibus Sors,
4 curat impia neminem Mors.
- L6 v.1 Cum falcibus ageret Aestas ;
2 est et haec succisa majestas,
3 ah, aristae purpureae Sors :
4 sic ne dira te messuit Mors !
- L7 v.1 Quo more vulgaris urtica,
2 jacet haec quoque regia spica.
3 Suo condidit horreo Mors.
4 Brevi posuit angulo Sors.
- L8 v.1 Ut bulla defluxit aquosa,
2 subsedit, ut vespere Rosa.
3 Brevis omnis est flosculi Sors,
4 rapit ungue celerrima Mors,
- L9 v.1 Quam manibus osseis tangit,
2 crystallinam phialam frangit.
3 O inepta et rustica Mors !
4 O caduca juvenculae Sors !
- L10 v.1 Ubi nunc decor ille genarum,
2 ubi formae miraculum rarum !
3 Bina lumina subruit Mors.
4 Caeca tenebras intulit Sors.
- L11 v.1 Ubi corporis bella figura !
2 Ubi lactis ostrique mixtura !
3 Lac effudit in caespitem Sors :
4 textit ostrum sandapila Mors.
- L12 v.1 Ubi rubra coralla sunt oris !
2 Ubi retia, crines, amoris.
3 Parcae rapuit forficem Sors :
4 scidit ista caesariem Mors.
- L13 v.1 Ubi cervix et manus eburna ?
2 Heu, funebri jacent in urna.
3 Atra nives imminuit Sors,
4 colla pressit tam candida Mors.
- L14 v.1 Quae pulchrior fuit Aurora.
2 Hanc Caesaris Aula deplora,
3 vana species, lubrica Sors :
4 tetra facies, pallida Mors.
- L15 v.1 Non sola Vienna lugebit :
2 Tyrolis uberius flebit,
3 ubi carior Patriae Sors ;
4 et amarior filiae Mors.
- L16 v.1 Praecesserat Claudia Mater :
2 sed super est geminus frater,
3 Ferdinande, en flebilis Sors :
4 Sigismunde, en lugubris Mors.

- L17 v.1 Quis luctus, ah, erit sorori !
 2 Isabella concupias mori.
 3 Ita nubere, dubia Sors :
 4 ita parere, certa est Mors.
- L18 v.1 Ad feminas vertimus ora,
 2 quibus imminet citius hora :
 3 utque thalamos properat Sors,
 4 ita tumulos properat Mors.
- L19 v.1 Prima scilicet genitrix Eva,
 2 facta est praegnantibus saeva,
 3 quia prole vel uterum Sors
 4 vel exonerat anima Mors.
- L20 v.1 Quae vides has cunque choreas,
 2 augebis et ipsa mox eas.
 3 Subitam movet aleam Sors,
 4 certa rotat hastilia Mors.
- L21 v.1 Huc prompta volensque ducetur :
 2 capillis invita trahetur.
 3 Ducet inevitabilis Sors,
 4 trahet inevitabilis Mors.
- L22 v.1 Quod es, fuimus : sumus, quod eris,
 2 praecessimus, tuque sequeris :
 3 volat ante levissima Sors,
 4 premit arcu vestigia Mors.
- L23 v.1 Nihil interest, pauper, an dives,
 2 non amplius utique vives.
 3 Simul impulit clepsydrum Sors,
 4 vitae stamina lacerat Mors.
- L24 v.1 Habere nil juvat argentum,
 2 nil regna praetendere centum,
 3 sceptrum sarculis abigit Sors :
 4 ridet albis haec dentibus Mors.
- L25 v.1 Nihil interest, turpis an pulchra :
 2 exspectant utramque sepulcra,
 3 legit lappas et lilia Sors,
 4 violasque cum carduis Mors.
- L26 v.1 Nec interest, vilis an culta,
 2 trilustris, an major adulta.
 3 Vere namque novissimo Sors
 4 populatur et hieme Mors.
- L27 v.1 Mors juvenes senibus aequat :
 2 puellas et anus excaecat,
 3 furit sine discrimine Mors,
 4 manet eadem principes Sors.
- L28 v.1 Linquenda est Aula cum casa,
 2 colligite singuli vasa.
 3 Jubet ire promiscua Sors,

- 4 ire cogit indomita Mors.
- L29 v.1 Ex mille non remanet unus,
 2 mox omnes eritis funus
 3 ite, ite : quo convocat Sors,
 4 imus, imus, hoc imperat Mors.
- L30 v.1 Ergo vale, o Leopoldina,
 2 nunc umbra, sed olim Regina,
 3 vale : tibi nil nocuit Sors,
 4 vale, vale : nam profuit Mors.
- L31 v.1 Bella super et Suecica castra,
 2 nubesque levaris et astra.
 3 Penetrare quo nequeat Sors :
 4 multo minus attonita Mors.
- L32 v.1 Inde Mundi despiciens molem,
 2 Lunam pede calcas et solem.
 3 Dulce sonat ex aethere vox,
 4 Hiems transiit, occidit nox.
- L33 v.1 Surge veni : quid sponsa moraris ?
 2 Veni digna coelestibus Aris.
 3 Imber abiit, moestaque crux.
 4 Lucet, Io, perpetua Lux.